casis ita impositis, navigantibus similes cum integant aquae circumdata, naufragis vero cum recesserint. wie wenn das volk von den hügeln auf denen es wohnte den namen hätte? *haugr* ist altn. collis, tumulus. ahd. kommt das wort nicht vor, wenigstens kann ich es bei Graff nicht finden; aber mhd. ist *houc* vorhanden und unser nhd. *hügel*, wenn es nicht aus *hübel* enstanden ist, wird zu derselben wurzel gehören.

HAUPT.

EXPERIMENTUM IN DUBIIS.

Experimentum in dubiis. in equinoctio martii in prima parte noctis hoc oportet fieri cum psalmis et orationibus. primum inquire ubi tu argillam invenias. cum exire volueris de domo vel de ecclesia ubi eris, incipe Pater noster. deinde Credo in deum. in via vij psalmos dic. si forte alicui obviaveris, nunquam ei respondeas. quando venies ad argillam, pones talum dextrum super illam et dices contra orientem 'Syos', contra meridiem 'Syos', contra septentrionem 'Syos', ad orientem iterum 'vis eterna, innumerabilis potentia, vera rerum presentia, supplex posco tuam clementiam, ut cuiuscunque rei fidem huic terre mandavero, falsitatis excedat dubietas veritatis retardet* eventus.' tunc accipe artaum**, cum manubrio albo et incide terram circa talum: remoto pede fode, ut tibi sufficiat. cum acceperis, dic 'te deum laudamus.' postea 'gloria in excelsis deo.' hic finitis recede. cum necesse fuerit experimentum facere, accipe duas cedulas. in una scribes Est, in altera Non est, et include quamque per se in parvo pastillo illius terre. deinde accipias cifum plenum aqua benedicta et pones inter illos pastillos dicens 'in nomine patris et filii et spiritus sancti, amen' et dic quisque vult 'gloria, deus qui corda.' cum autem pones pastillos in aqua, dices hanc adiurationem, 'adiuro vos breves interreatos per nomen Eloy et seniorem Moysi, ut huius re (*l.* rei) mihi veritatem ostendatis.' et nota bene cuius cedule terra primo tibi venerit: illa enim tuam dubitationem certificabit.

Aus einer in Frankreich im 13n oder 14n jh. geschriebenen Erfurter handschrift.

* retardet, *zurückbleibe.*

** *meſserchen, s. Du Fresne unter* artavus.

HAUPT.